



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 2. Exaudit Deus infallibiliter, si homo petat convenienter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

tionem Dominicam esse necessariam, quam ipsis etiam Aristoteli dedit, ut unusquisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; cui enim hæc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hinc sine peccato vivere pronuntiandus est.

Deducitur 3. Omnibus ferè operibus orationem iugendam esse, quia instabilis est bonorum operum structura, quæ devotâ orationis frequentiam non compaginatur.

PRINCIPIUM II.

Exaudit Deus infallibiliter, si homo petat convenienter.

Sensus.

Hoc est, si Homo debitas condiciones observet, necesse est ut petat necessaria & utilia ad salutem: ut petat pie: ut petat pro seipso, & perseveranter, certum est, quod obtenturus sit, quod petit.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Matth. 24. Omnia, quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Item ex S. Thoma 2. 2. q. 83. a. 16. in corp. & communi Theologorum sensu.

Ratio.

Quia, cum Deus omnes homines salvos fieri velit, hoc sine ipsius auxilio obtinere nemo possit, hoc ipso, si talia auxilia convenienter ab ipso petantur, ea indubitatè communicabit. Hinc eleganter S. Bernardus S. 5. de quadraginta. Nemo nostrum parvipendat orationem suam; dico enim vobis, quod ipse, ad quem oramus, non parvipendit eam. Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scribit eam in libro suo. Et unum ex duobus indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit, quod petimus, aut quod novit utilius.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam Peccatores obtenturos, quod petunt, si utilia petant; nam, si Peccatores Deus non exaudit,

frustra Publicanus ille oculos in terram demittens, & peccatum percutiens diceret: Deus propitius esto mihi peccatori. inquit rectè S. Augustinus tr. 44. in Joann. Unde illud dicitur. Scimus, quia Peccatores Deus non audit: S. Thomas de peccatoribus quæralibus, id est, petentibus dona Dei, ut peccare possint, intelligendum ait.

Deducitur 2. Causam, cur multi non obriuant, quod tenent, esse, quia conditiones præscriptas non observant. Ita illud Jacobi c. 4. *Petitis, & non accepistis, eo quod male petatis.* Unde rectè S. Isidorus l. 4. epist. 12. ait, *ut dant à te, quæ exiguntur à te, & tunc demum ea, quæ tibi auxilium divini subsequantur.*

Deducitur 3. Etiam si S. Thomas & S. Augustinus ad dant conditionem, ut pro se petatur aliquid; rectè tamen Suar. Valent. Tolet. apud Laym. n. 10. docere, promissionem Christianam ad orationes pro aliis suas se extendere, si dispositi sint, uti ex S. Jacobo colligitur c. 5. dicente: *Orate pro invicem, ut Salvemini; multum enim valet deprecatio iusti assemblæ.*

PRINCIPIUM III.

Non implet Ecclesiæ imperium, qui debito modo non recitat Canonicum officium.

Sensus.

Hoc est, qui in Horis Canonicis non observat eas circumstantias, quas oratio tum ex natura sua, tum Horæ illæ specialiter ex præscripto Ecclesiæ requirunt, non satisfacit excepto gravi, quo obstringitur ad Horas Canonicas recitandas.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. dolentes de celebratione Missarum & in Clem. 1. eod. tit. uti Studiosè pariter ac devotè officium dici præcipit Innocentius III. ubi Glossa hæc verba interpretans e. studiosè quoad officium oris, devotè quoad officium oris, devotè quoad officium cordis.

Ratio.

Quia, sicut Ecclesia ad ipsam substantiam orationis hujus